198

hic ihs qui acceptus est a vobis · sic veni
et quomodo eum vidistis euntem in
caelum· Sic ergo sic veniet quomo
do abscessit in caelum· visibilis veni
et ad iudicium· quia visibilis abscessit
in caelum· Nam si visibilis abscessit
et invisibilis veniet· quomodo sic ve
niet· sicut eum sic veniet· visibilis
ergo veniet· et videbit omnis caro sa
lutare dī· Non hoc ideo dixi ut memen
tote quantum potestis ut et adiscamus.
usque quo invenerimus quae nondum
novimus· quod autem novimus non
opus est ut discamus· sed dn̄o adiuvan
te doceamus· Non ergo hoc ideo dixi.
quia carnem visuram negavi· sed quia
quaerenda sunt testimonia clariora· si
forte poterunt inveniri· Nam hoc
quod prolatum est· videtis quale sit·
pro nobis enim magis facit· vel pro
ipsa veritate· vel pro his qui quasi cer
to contendunt carnem non visuram
omnino nullo modo dm̄· nec in resur
rectione mortuorum· Nos hinc
non contendimus· sed repetendo
acutos commemoramus· tardis in
culcamus· licet multis taediosis videamur·
dicimus tamen· dn̄s non videtur in loco.
quia non est corpus· quia ubique totus
est· quia non in parte minor et in par
te maior est· hoc firmissime teneamus
sicut et caro illa tam iam acceperit inmu
tationem ut possit per eam videri

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_210/0401